



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

cxl ix. Ad inflammationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Si talus luxatus aut inflammatus sit.*

**S**VM ATVR thus masculum, vitrum, mar-  
mor, æqua pondera singulorum. teran-  
tur & leuigentur. Adijciatur fel hircinum,  
& ouï album; imponantur in talum acci-  
pitris, & scite ligentur.

*Ad inflammationem.*

**R**ICINORVM, myrrhæ, acaciæ, vtriusq.  
par modus teratur pilis, in puluerem  
redigatur, instilletur acetum, eoque cum  
strigimenti crassitudinem habebit, pes illi-  
nantur. Alij sumunt cochleas paruas, easq.  
vna cum testis tritas linteo allitas pedi im-  
ponunt. Sunt qui marmoris, testæ, gypsi,  
ammoniaci, propoleos, stercoris gallinæ,  
salis gangriki, resinæ paria pondera simul  
contrita & subacta imponunt.

*Ad vulneratos neruos.*

**E**X concertatione interdum lædit ner-  
uos accipiter, eiusque pes læsus con-  
trahitur. Ita affectus tepenti oleo fouen-  
dus est: post fomentum laxans emplastrum  
imponendum: sepius fomentum appli-  
candum.

*Ad formi-*